



**T**ilmannus in Sindermosen Iuliacensis ditio-  
nis oppido natus est. Is post percepta prima  
literarum fundamenta sese hinc inde ad Acade-  
mias contulit, & magnam eruditionem ob præ-  
claram indolem sibi comparauit. Inde sacris lite-  
ris incubuit, & suis uigilijs effecit, ut sacrae Theo-  
logiæ Doctor omnium applausu crearetur. Po-  
stea quoque Heydelbergæ sacrarum literarum  
professor constitutus fuit. Cum autem ipse in  
Eucharistiæ negotio Luthero consentiret, suam  
sententiam publicè declarauit, atque contra Cal-  
uinum & Bezam librum ædidiit. Verùm quum  
id quibusdam eruditione & authoritate magnis  
uiris Heydelbergæ displiceret, neque Tilmannus à proposito cederet, Hey-  
delberga dimissus fuit. Itaque ipse aliò profectus, id quod sensit copiosius  
expofuit, atq; hoc modo apud omnes doctos sibi magnum nomen compara-  
uit. Anonym.